

C A P V T I I I.

E X A M E N E O R V M

quæ proximè præcedenti Capite
tradita sunt.



I. *V C V S Q V E* ergo, amice Lector, nova hæc,
& non minus iucunda, quam pulchra de Lineis Spi-
ralibus speculatio, non tam traxit, quam tum equis-
tum velis, suavissime nos provexit; nullum sive in
equore, sive in montibus nobis cimentes vel periculum
apertum, vel insidias latentes. Nam regia nos incedere via scrivimus
potius, quam arbitraci sumus, & solum intenti fuimus, qua ratione, Sco-
pum videlicet nostrum intuendo, nobis paulatim semitam, ad indagan-
dum Lineæ Spiralis gravitatis centrum, commode præpararemus. Occur-
rerat sèpius quidem, dum hæc tractaremus, non levius cogitatio, quæ tamen
ob certas rationes, nos in cæpto retardare minime visa est: nimirum si
hæc Spiralis lineæ dimensio tam obvia, tam commoda, tamq; ordinata est,
ut nos eam invenimus; tam facile etiam progreditur, tamq; firmis potest
roborari demonstrationibus; cur eam non Magnus Archimedes, qui ea,
quæ alij de Linea Spirali proposuerant, Ipse admirabili, ut cum Pappo
loquamur, quadam aggressione demonstravit, cur eam, inquam, di-
mensionem Libro suo de Spiralibus non inseruit? Sed facile nobis ipsis re-
sponsum dedimus: ipsum videlicet Archimedem plura alia, quæ tamen
alij post ipsum tractarunt, vel neglexisse, vel studio ac volens præteri-
sse, vel etiam iam ab ipso tractata, iniuria temporum intercidisse. Quem-
admodum etiam fecit cum de planorum centro ageret gravitatis; omisit e-
nim tractatum de centro linearum: & sicut nos non absterruit illa obie-
ctio ab indagatione centri gravitatis Linearum, præsertim circularium;
sic & hic nobis ipsis fecimus animos, novi aliquid circa Spirales inveni-
endi, quod vel ipsum Archimedem fugere, aut posteros nos latere potuerit.

2. Et nostro quidem iudicio rem tunc feliciter & incepimus, & in ea-
dem magnis etiam itineribus perrexiimus. Sed ecce dum hoc loco in medio
quasi essemus cursu portumq;, et si valde procul adhuc positum, iam à
longe tamen iam iam conspiceremus, vela repente & erant contrahen-
da, & securitatis caussa, ad legenda litora prora convertenda. Inci-
di enim

trigono